



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 67. Concilium Rothomagense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

tutio eum habuit successum, ut se in mul-
tas Italiae urbes extenderet, ubi se Cano-
nicorum Regularium Collegia erigebant
in congregationem conjuncta, cujus ca-
put erat Lateranense.

Sæcul. XIII.
A. C. 1299.

Nihilo tamen minus Bonifacius VIII
2 Sept. an. 1299 litteras edidit, in quibus
ait: Postquam hujus basilicæ Canonico-
rum Regularium vitam non regularem,
& in tuendis juribus suis infirmitatem
consideravimus, hanc Ecclesiam instaura-
ri nisi per Clericos seculares haud posse
censuimus, cum solennium votorum reli-
gio ab ambiendo ejus sinu absterreat vi-
ros potentes ac litteratos, defendendis
ejusdem bonis & juribus, eique splendo-
rem pristinum reddendo idoneos. Qua-
propter habita cum nostris Fratribus de-
liberatione, de consilio eorum præcepi-
mus, ut Lateranensem basilicam Clerici
seculares perpetuo teneant; & amotis
Canonicis Regularibus, qui eam habue-
rant, quindecim viros selectos ut Canoni-
cos illic introduximus. Hæc illorum
suppressio totam mox congregationem
dissolvit.

Rayn. 1299.
n. 33.

§. LXVII.

Concilium Rothomagensis.

Novus Episcopus Lexoviensis Joannes
Samosius adfuit concilio Rothoma-
gensis,

FF 2

Sacul. XIII.

A.C. 1299.

to. II. conc.

p. 1426.

genſi, quod Archiepiſcopus Guilielmus Flavacurtius in prioratu Dominæ Noſtræ de Prato, hodie de Bono Nuncio habuit hoc anno die Jovis poſt octavam Pentecoſtes, ſcilicet decima octava Junii. Factum ibi eſt decretum in ſeptem di- viſum puncta, quorum primum corruptos Cleri mores indicat. Parochi aliique Beneficiarii curtis in veſtibus, & gladio ſuccincti procedebant in publicum. Te- nebant domi concubinas, aliasve mulie- res ſuſpectas. Obibant munera in foro profano. Pecunias ſœnori accipiebant. In luxuria, comeſſationibus, ac ebrietati- bus ducebant vitam. Ut coërcerentur metu pœnarum temporalium, quibus ma- gis quam ſpiritualibus commovebantur, concilium ſtatuit, ut poſt quamlibet ha- rum culparum per anni unius ſpatium cunctis beneficiorum fructibus, atque, ſi per annum ſe non correxerint, iſtis pri- ventur beneficiis.

c. 3. 4. 5.

c. 6.

Reliquorum canonum pars major at- tinet ad jurisdictionem eccleſiaſticam, quam homines profani conſtringere ſem- per conabantur. Denique prohibetur, ne Præſules poteſtatem abſolvendi a ca- ſibus ſibi reſervatis in poſterum Fratribus Prædicatoribus, Minoribusve, aut aliis Re- ligioſis quibuſcunque committant, niſi quibusdam, quorum dexteritatem ſingu- lariter

lariter noverint, & salvo munere faciendi
 Parocho confessionem annuam.

Sæcul. XIII.
 A. C. 1299.

Eodem anno Papa Bonifacius amplissima potestate instruxit Fratres Prædicatores, quos misit ad Græcos, Bulgarios, Russos, Iberos, Saracenos, Tartaros, Indos, cæterosque ad Septem Triones, & ad Ortum populos. Permisit, ut communionem haberent cum proscriptis, eos absolverent, Clericos restituerent in integrum, faciendo gratiam legum connubia firma & rata afficerent, noxarum veniam largirentur, commutarent vota, & quod singulare præ reliquis videtur, neophytis minores Ordines sacros conferrent. Diploma dabat 10 Apr. 1299.

Rayn. n. 39.

§. LXVIII.

Ecclesia Danica.

Per decem propemodum annos cum Daniæ Rege controversiam habebat Archiepiscopus Lundanus Joannis Drosii an. 1289 mortui successor concordibus suffragiis cooptatus, nempe Joannes Grandius antea Episcopus, vel secundum alios Præpositus Roschildianus. At electio non placuit Regi Erico VII, nec Reginæ matri ejus, quæ præcipua gaudebat autoritate sub hoc Principe quindecim solum annos nato. Fastidii causa

Pontan. lib. 7
 p. 377.

F f 3 erat